Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26117
Copyright: Admont, Benediktinerstift

habet in comitatu omnes qui post mortem antichrisi p totum
orbem ad penitentiam conversi fuerint. His uirginibus plurimis
ad ipsam letitiam accedamus. cui accessus talis est. Filius regis
iesim desponsauit sibi filiam regis babylonis p innumeros
Quibus illa respondit. Iuis est dns uir. At illi. Dns nr est
rex regum. et dns dominantium. rex gloriae et princeps pacis. Et illa.
Est pulcher. At illi. Huius pulchritudinem sol et luna mi
rantur. qa est speciosus forma p filiis hominum. et tot desi
derabilis. in quem angeli desiderant prospicere. Et illa.
Est potens. At illi. Potestas eius a mari usq; ad mare. Et
illa. Est diues. At illi. Gloria et diuitiae in domo eius. et tor
rentes uoluptatis. Et illa. Est sapiens. At illi. Sapientiae
eius non est numerus. qa in ipso sunt omnes thesauri sapientiae et
scientiae absconditi. Et illa. Honorat muneribus. At illi.
Reges tharsis et insulae munera offerent. reges arabum et sa
ba dona adducent. Et illa. Quis est eius seruitus. At illi.
Omnes gentes seruient ei. Et illa. Quis est laus eius. At illi. Omnes
gentes magnificant eum. Hisaudtis respondit. Ipse
dns uir uenit. et osculetur me osculo oris sui. et loquatur
mihi qsi placeant. et faciam uoluntatem eius.

Rex celestis iesim est dns. cui filius est xpc. Rex baby
lonis hui mundi est diabolus. ut scribit. Princeps
hui mundi iudicatus est. Hui filia fuit humana natura
imitatione peccati facta. Quatuor qppe modis dr pater
in scriptis. duobus in generatione. et duobus imitatione.

Flum. Pares.